



---

## Yale University Library Digital Collections

<b>Title</b>	Indorum Religio, pl. XXIII [24]
<b>Rights</b>	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
<b>Generated</b>	2021-02-18 10:42:02 UTC
<b>Terms of Use</b>	<a href="https://guides.library.yale.edu/about/policies/access">https://guides.library.yale.edu/about/policies/access</a>
<b>View in DL</b>	<a href="https://collections.library.yale.edu/catalog/2000848">https://collections.library.yale.edu/catalog/2000848</a>

---



**V**IEDVS de Indorum Occidentalium Religione agens: nullam in illis nationibus  
 picturam aut sculpturam antiquiorē vidisse ait, aut maiore reuerentia cultam,  
 horrenda cacodæmonis effigie deformi specie facta. Eum pro Deo agnoscut, peten-  
 tes ab eo quidquid desiderant. Quum autem Cacicorū Hispaniolæ aliquis suo nu-  
 mini sacrum & festum diem celebrare instituebat: omnibus subditis tam viris quā  
 feminis, diem ad cōueniendum dicebat: qui ubi ad solenne illud confluxissent, omnes apte in ordi-  
 nem sese disponebant. Cacicus ipse agmen antegressus princeps templi inibat, ubi sacerdotes ad-  
 orando idolo intenti erant. Ingressus ut confederat, tympanū pulsabat: mox sequebatur uniuersa  
 multitudo præeuntibus viris, qui nigro, rubro, & flauo distincta corpora, versicoloribus etiā  
 pectus ac aliarum auium pennis ornauerant: colla, brachia, crura, coronis, torquibus atque  
 armillis ex concharum marinarum testis redimiti: femina puro corpore & nullis pigmentis su-  
 cato, virgines quidem prorsus nudæ: quibus viri erant peplis muliebria velata. Tali habitu sal-  
 tantes & patria quadam carmina in laudem idoli canentes templum subibant. Cacicus tympa-  
 ni sonitu ingredienti salutabat: mox demisso in guttur bacillo vomitum ciebat: ut Idolo palam  
 ostenderent, nihil se in pectore mali occultum gerere. His ceremoniis peractis, omnes complicatis  
 pectinatim cruribus humi considentes, alios quosdam hymnos cum murmure quodam lugubri  
 concinebant: ac tum superueniebat aliud feminarum agmen canistrum gestantium panibus plena,  
 & rosis floribusque odoratis conspersa: ille ceteris canentibus circumfusis, orationes quasdam illis  
 insurrabant: Alij ut inuicem responderent, sese erigebant: donec cantionibus peractis, mutato  
 concentu nouam quandam in Reguli sui laudem ordirentur: postremo panem Idolo offerebant.